



Emine. et Cele. Dñe. *Amant.*

Venerabilis Ordo S^{ne} Trinitatis Redemptionis Captivorum fuit à fel. Rec. Innoc. III approbatus et confirmatus anno 1198. Sub propria Regula, in qua forma habitus prescribitur per hæc verba, Vestimenta sint Lanæ, et alba. et paulo infra sic. In Cappis fratrum imponantur signa. Bull. Rom. constat. 1. Tomo 1 in Innoc. III. Postea de Ordine Urbani IV. fuit explicata, Correcta, et inodificata dicta Regula, et à Clemente VI anno 1267. approbata, et Confirmata in qua cap. 2. forma habitus prescribitur sic. Vestimenta sint Lanæ, et alba. et paulo infra sic. In Cappis, et Capitijs fratrum imponantur signa videlicet Crux in pectore, Cuius brachium, quod vadit in longum sit de panno rubeo, illud autem quod vadit intrinsecum sit Cerulei coloris. Sic in originali Vaticano, in Registro Clem. VI. nonnime viis dominica præterita, hora 23, deince Provincia Castellana, et Belica, quæ singulari observantia, et favore Redemptionis Captivorum inebunt, obhænerunt à Leone X. et Hæriano VI. ut dum ad partes infidelium Religiosi proficiscerentur, possent mutare Cappas albi coloris. Sic in Emanuele Lederico Tomo 2. Bullarum Apostolicarum in Adriano 6. pag. 330. Denique anno 1559. Dietæ Provincie obhænerunt à fel. Rec. Pio. IV. ut possent Religiosi portare Cappas bruni coloris. Emiri enim Cardinalis Rannus Penitentiarius Capz ait sic. Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinatis, auctoritate Dñi Capz, cuius Penitentiariæ curam gerimus, et de eius speciali mandato super hoc sine voci oraculo nobis facto, vobis, vestrique Incursoribus dictarum Ordinis, et Provincie, Provincialibus, et Definitoribus, ac Ministris imperpetuum, ut vos, et ipsi, et singuli Religiosi, Vobis, et eis protempore subiectis, loco Cappæ albe, quam hactenus deferre consuevistis, cappam coloris bruni, quæ vulgariter nuncupati alijs insignibus dicti Ordinis in reliquis salvis semper remanentibus, deferre libere debetis, possitis, et valeatis, ac debeant, possint, et valeant, &c. Sic in Bullario ear. no Ordinis Lib. 3. Cap. 2. pag. 84. attingo. ex quo tempore Provincie Hispaniæ, Castellana, Belica, et Aragonica Cappas nigras detulerunt. Hæc sunt, quæ Patres Trinitarij Hispani inveniunt Romæ indicantes, quod in Archivijs suarum Provinciarum alia instrumenta in sui favorem reperirent, sitimque citatur.

Ad fundamenta, quibus Illma Religio Patrum Predicatorum niteretur ad movendum litem contra Patres Trinitarios et istorum cappas tollendâ Respondetur. fundamentum primum, et præcipuum est, nam fel. Rec. Innoc. IV. anno 1243. Expedit Bullam in favorem Patrum Predicatorum, in qua sic dicitur. Inhibemus etiam, ut nulli, siue sit in Religionis Ordine, siue extra Ordinem, Consuetudo, habitum vestrum, aut ita conimilem, quod propter eum frater Predicator credi possit, deferre liceat, aliquo mandato sedis Apostolicæ speciali. Hoc idem privilegium, seu Inhibitionem per eadem formalia verba confirmaverunt Clem. 4. Greg. II. Bonifacius 8. et

aliqui alij Summi Pontifices.

Respondetur 1^o quod Patres Trinitarij Hispani nihil contra predictam inhibitionem fecerunt, si per cappas nigras, aliquemodo amittati fuerunt. P^o Predicatoribus hoc fuit de speciali mandato Sedis Apostolicę, nempe P^o IV. Secundo tali inhibito factę ab Innoc. IV. debet intelligi de illa forma habitus, quam tunc temporis deferrebant Patres S. Dominici, sed tunc temporis non deferbant formam habitus, quam nunc habent; ex quo fit, quod tamen nunc aliqua Religio similis Sedis Apostolicę sumeret habitum similem huic presentis Ordinis Predicatorum, non contraveniens tali inhibitioni, quę procul dubio debet intelligi de forma habitus tempore Innoc. IV. existentis. Tercio, advertentia est dignum, quod in Bulla Innoc. IV. et in alijs, quas presentant Patres S. Dominici non assignatur forma habitus dicti Ordinis, nec dicitur qualem Cappam, Caputium, et Tunicam cuius Longitudinis, et Coloris, tunc temporis portabant, sique poterat fieri habitus (ut facta fuit) percurante in inhibitione contra alios immutato, absurdum enim videretur, quod se protegant in inhibitione mutantes formam, quę erat tempore inhibitionis, si videntur, quod duret inhibito, duret forma inhibita. Quarto, quod facta fuerit mutatio habitus P. S. Dominici, constat ex suis Historijs, et antiquis Effigiibus. Nam S. Dominicus Turram cum esset Canonicus Regularis S. Aug. in ecclesia Comensis legit prout fratres Regulam S. Aug. deditque illis primitivum habitum, Canonicorum Regularium, qualem ipse gerebat. Postea relicto isto habitu induti sunt, Tunicam, et Scapulare album, cum Caputio et Vno solo Caputis nigro, qualem nunc habent Laici, seu conversi dicti Ordinis, et ista forma habitus quam habebant, quando Innoc. IV. inhibuit, ne aliquis similem habitum deferret, et duravit per aliqua secula. Denique non contenti cum solo Caputis nigro, fratres destinati ad Chorum imposuerunt sibi Caputium album, et adhuc in forma Caputij non conveniunt, nam in Provincijs Regni Lusitanij, et Caputium cum acuitate quadam, sicut est Caputium Cartusianorum. Quinto, quod tempore Innocentij IV. qui supradictam fecit inhibitionem, et post multo annos post fuerint Patres S. Dominici sine Caputio albo cum solo nigro, constat ex effigiibus, et Imaginibus, quas ipsi Patres conservant, et Populo Christi ostendunt. Nam in conventu Sanctę Marię Super Minornam est effigies Sancti Dominici, quę vulgo dicitur Interiorian.

in Soriano, et est cum solo Caputis nigro, et similis effigies est in eadem ecclesia
in Capella S^{ti} Annunciatz, et dicunt quod e celo data fuit. Conuentui de Soriano
sicque C^olam testatur, quod S. Dominicus dum vixit solum habuit Caputium
nigrum, et paruum; obiit autem iste Sanctus Bononie anno 1221. deinde in eiusdem
Conuentus ecclesia est imago S. Agacinti sine Caputis albo, mortuus fuit iste Sanctus
anno 1257. similiter effigies S. Thomz Aquinatis, qui mortuus fuit anno 1274.
Denique in Speciali Capella dicta S. Vicentio Ferrer, est imago istius S. cum solo
Caputis nigro, et mortuus fuit anno 1418. Ex quibus constat quod P^{ri} Sancti Domi-
nici in primo, et secundo seculo sui Ordinis non gerebant Caputium album, sed
solum nigrum. et creditur quod ista forma duravit per alia secula; Nam in libro
del Rosario signato impresso Venetijs anno 1578. pag. 34. et in Bullario dicti
Ordinis, alijsque libris, effigies Patrum Predicatorum sunt cum solo Caputis
nigro - quod si conseruarent, non assimilerentur Trinitarijs, nec Trinitarij ipsis.
Sexto maior est similitudo in alijs Religionibus, quam in Dominicana, et Trinita-
ria Hispana, et nihilominus sunt in pace. In Hispania Patres S. Benedicti, et
S. Basilij maxime assimulantur, cum deferant in publico eandem similem cucu-
llam amplam, talarem, manicatam, et a sacra Rituum Congregatione re-
cretum fuit anno 1659. mandantes esse Monachos S. Basilij in vestali cu-
culla. Porro in Hispania Patres Premonstratenses, et Mercenarij assimulantur.
Item quatuor Ordines militares S. Jacobi; S. Ioannis Alcantarz, et Calatrane, solum
distinguntur per diuersas Cruces. - P^{ri}nde in Italia sunt plures Religionēs, quę habent
etiam Annilem, Benedictini, et Altercienses deferunt in publico similem cucullam
Clerici Regulares, Iesuitę, Barnabitz, Theatini, Minores, Somarichi, et alij, simili habitu
induantur, et sunt in pace - Patres ergo Trinitarij Hispani per duas Cruces Rubri
et Cerei coloris sufficientissime distinguuntur a Dominicanijs, et si aliquam
similitudinem in cappa habent, est cum speciali mandato Pij. V. et igitur Do-
minicani nullam habent Bullam, nec Breue Pontificium, in quo assignetur

forma determinata habitus, necinquo concedatur ipsi Capulum candidum. §.

Aliud fundamentum, seu obiectio est, nam quannisi admitatur in Patribus Trinitarijs Hispanis similis forma capz, et Caputij, nullomodo debet permitti similis color, nempe niger, nam adhuc admissa Dispensatione Reg. III. IV. cum clausula Supradicta, nihilominus in illa disponitur, et precipitur, quod Caput sit bruni coloris, qui distinctus est a nigro — Respondetur primo, quod Patres Trinitarii sunt ab immemorabili tempore in Vitalis coloris. Secundo color brunus secundum suum proprium significatum idem est quod niger. Tertio ut constat Bull. Romano. Tomo. 1. in sexto IV. Constit. Niliij. inipiente, Et cuncti §. Et anno 1475. Iste Pontifex in simili dubio inter Cisternienses declaravit per hunc Colorem intelligendum esse nigrum, sec. §. 3. per hęc Verba. Huiusmodi suggestionibus inclinatis, Verba predicta bruni coloris interpretantes, quod appellantur illorum niger tantum color veniat, et intelligatur, auctoritate Apostolica tenentem presentium ex certa scientia declaramus §. Responsiones istę sufficientiimō sunt pro conservando Colore nigro in Capis Patrum Trinitariorum Hispanorum, et si istę non videntur sufficientes, petunt tempus ad querendum alia Instrumenta, et videnda Archivia sua Hispanica.

Quare predictę Provincię Hispanię Ordinis Sanctissimę Trinitatis Redemptionis Captivorum C. IV. humiliter supplicant, dignentur manutenere illas in suam memoratam observantia, et Constatione Capparum nigri coloris, Inata Breve fel. Rec. Reg. IV. et per duas Cruces notę sint Regibus, et Principibus, Ceterisq. fidelibus, et militibus huius Ordinis S. Dominici, quorum fundamenta nullis reboris sunt ad talem nonam mutationem faciendam, quę abiquedubio magnam perturbationem, et confusionem Patribus Trinitarijs occasionavit. et Deus. §.

Provincia de Córdoba
Abolida. in 15.

Meutem.

de Portugallo acido
autu inter de lude
has

J. Colo hams
acido de
Opinencia. S. S.
Car. G. G. G. G.

